

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Prudencia siue prouidencia r
cum fonte primo

Prudencia si terminos suos excedat,
callidus
et inuestigator
latencium et scrutator qualiumcumque
noxarum ostenderis.

Nam
prudencia si terminos suos excedat,
callidus
et pavendi acuminis eris, investigator
latentium et scrutator qualiumcumque
noxarum ostenderis. Notaberis minutus,
suspiciosus, attentus, semper aliquid
timens, semper aliquid quaerens, semper
aliquid convincens, et qui subtilissimas
suspiciones tuas ad deprehensionem
alicuius impingas admissi.

Monstraberis digito fastu plenus,
uersipellis et simplicitatis inimicus
commentatorque culparum, et postremo
uno nomine a cunctis malus homo
uocaberis. In has ergo maculas prudencia
immensurata perducet.

Monstraberis digito astu plenus,
versipellis et simplicitatis inimicus,
commentatorque culparum, et postremo
uno nomine a cunctis malus homo
vocaberis. In has ergo maculas prudencia
immensurata perducet.

Seneca ibidem (de quattuor uirtutibus).

Martinus Bracarensis, *Formula vitae honestae*, 6 (C.W. Barlow ed., pp.247-8, ll.4-12).